

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2426

Auteur(s) : Foulques de Chanteloup [chevalier]

Bénéficiaire(s) : Coutances (hôtel-Dieu)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1222

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Donation par Fouques de Chanteloup à l'Hôtel-Dieu de Coutances des deux gerbes qu'il possède sur la dîme de Gonfreville, à condition que la première gerbe servira à faire de la bière pour les pauvres et que dix livres seront prélevées sur la seconde pour être partagées le Jeudi Saint entre les lépreux de l'Évêché de Coutances et les prêtres qui desservent leurs chapelles, à raison de quatre deniers tournois pour chacun.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° XXXIV, p. 27-28.

Texte établi d'après a

Sciant omnes qui sunt et qui futuri sunt quod, ego Fulco de Chantelou, miles, qui habebam jus patronatus in duabus garbis decime et in altalagio ecclesie de Gonfrevilla, cuius ecclesie tercia garba collata erat in perpetuum elemosinam abbatie de Blanca Landa, rogavi suppliciter Hugonem Constanciensem episcopum, dominum meum, quod ipse ad honorem Dei et Sancte Ecclesie ordinaret de illa ecclesia sicut ad salutem meam et Johanne uxoris mee et filiorum et filiarum meorum et dominorum et benefactorum meorum videret melius expedire. Et ipse, per gratiam Dei, sicut ego ipse in animo meo preconceperam, duas predictas garbas elemosinavit pauperibus Domus Dei Constanciensis, unam silicet ad faciendam cervesiam pauperibus dictae Domus Dei ; alteram vero garbam eidem Domui Dei assignavit in hunc modum. Quod provisor predicte Domus Dei de precio predicte garbe dabit annuatim singulis leprosis episcopatus Constanciensis et presbyteris qui ministrabunt in cappellis leprosorum quatuor denarios turonenses in die Jovis absolutionis, quantum decem libre turonensium poterunt sufficere ad istam elemosinam faciendam. Et ego Fulco rogavi patrem meum et dominum Hugonem, Constanciensem episcopum, et omnes suos successores et capitulum Constanciense quod ipsi pro Christi amore et pro Dei misericordia faciant annuatim ad prenominatum diem Jovis predictam elemosinam de dictis decem libris leprosis et capellis teneri et solvi. Hec ordinatio facta fuit, salvo in omnibus jure archidiaconi et salvo competente victu presbyteri in dicta ecclesia ministrantis et salvo michi Fulconi et meis heredibus jure presentationis ad altalagium predicte ecclesie ; hanc ordinationem domini mei et patris Constanciensis episcopi firmam et stabilem habui et presenti carta confirmavi. Et petivi misericorditer ab eodem episcopo patre meo in Christo quod huic carte mee sigilli sui testimonium apponenter et sigillum capituli Constanciensis faceret apponi ad majorem in posterum firmitatem. Actum fuit hoc anno gratie M^o CC^o vicesimo secundo.